

omnibus teneamur, illis tamen longe amplius obligamur, quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentius experimur. Proinde vestrae devotionis sinceritatem attendens, quam ad nostram et praefati patris nostri Francisci geritis ordinem, veluti clara experientia cognovi, dignum putavi et divinae acceptabile voluntati, ut ab ipso ordine praerogativam sentiatis spiritualium gratiarum. Et quia nudi temporalibus bonis caritati vestrae subsidiis dignam rependere vicem nequaquam temporaliter valeamus, spiritualibus nihilominus beneficiis, prout in nostris apud dominum nostrum servamus desideriis, compensare spiritualiter affectamus. Ea propter ego, qui licet indignus curam fratrum minorum de observantia nuncupatorum et sororum minorissarum et sanctae Clarae seu sancti Damiani de observantia nuncupatarum et eorum religiosorum de poenitentia ordinum in partibus cismontanis habeo generalem, vos honestos supradictos omnesque benefactores et familiares vestros praesentes pariterque futuros, nec non et animas vestrorum defunctorum cum omnibus pro quibus intenditis ad confraternitatem nostram et ad universa et singula nostrae religionis suffragia in vita recipio pariter et in morte, plenam vobis participationem omnium carismatum et spiritualium bonorum, videlicet missarum orationum suffragiorum officiorum divinorum, ieiuniorum abstinentiarum disciplinarum poenitentiarum peregrinationum inspirationum praedicationum lectionum meditationum contemplationum observantiarum devotionum et omnium aliorum spiritualium bonorum tenore praesentium gratiose conferendo, quae per fratres nostros et dictorum ordinum sorores¹⁾ nec non et alios²⁾ de poenitentia sive de tertio ordine beati Francisci in partibus cismontanis degentes operare et acceptare dignabitur clementia salvatoris, addens insuper de dono et gratia singulari, quod cum divinae placuerit voluntati de exilio instantis miseriae vos vocare, vestrique obitus multo annuente domino tempore differendus nostro fuerit capitulo nuntiatus, idem volo ut pro vobis fiat officium, quod pro fratribus nostris defunctis recitatur, ibidem annuatim ex more per totum ordinem consuevit fieri. Valeat feliciter vestra devota et fervens caritas in Cristo Jhesu domino nostro, amen. Datum Misnae die decima octava mensis Marcii, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Fr. Johannes supradictus manu propria me subscripsi.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Meissen. Das Siegel fehlt. Auf der Rückseite ist bemerkt: Littera vbir die bruderschaft vnsir frauwen kirche der stat Missen des wirdigen vaters fratris Johannis de Capistrano.

1) Orig. *sorum*. 2) Orig. *aliorum*.

No. 106. 1453. 2. Dec.

Kurf. Friedrich II. fordert den Rath auf die schuldige Steuer am 8. Dec. nach Freiberg zu senden.

Friderich von gots gnaden herczog zu Sachsen 2c. lantgraue in Doringen vnd marcgraue zu Missen. Lieben getruwen. Wir haben uch am nehstenn lasenn schriben, die stuer, so ir vns noch hinderstellig schuldig seiit in vnsern hoff zuschicken vnd vnserm cammermeister zcu antworten lasen, als ist ein solchs von uch verachtet wurden vns zcu groser befremdunge. Wie